

DISPUTATIO CENTESIMANOVA.

An altero coniuge fatente impotentiam, altero negante, nec ea constet euidenter, desideretur triennium experientia, & qualis alia probatio: & utri coniugi potius sit habenda fides?

SUMMARIUM.

Proponitur textus. c. 1. de frigid. & malef. in cuius expositione versatur difficultas. nu. 1.

An mulier que matrimonij tēpare virgo erat, fatens impedimentum, nec reclamans initio matrimonij, sit audienda viro negante, an potius viro credendum sit. nu. 2.

Quando dicitur initio matrimonij proclamare. nu. 3.

Tempus ut dicatur serō proclamare, an numerandum sit à die initii matrimonij. nu. 4.

An si vxor serō proclamans velit per signa euidencia, aut verisimiliter euidencia probare impotentiam viri, sit audienda: & ea probata dissoluantur nuptia non expectato triennio. nu. 5.

An vxori hūc per aspectum se virginem probanti sit potius fides habenda, quam viro dicenti se eam cognouisse. nu. 6.

An exigatur ut huic vxori credatur, matronas testantes eius virginitatem esse peritissimas. nu. 7.

An sufficiat ut dua matrona aspiciant: an potius septem. nu. 8.

An vxori dicenti se à viro cognitam, sit potius credendum, quam viro id neganti. nu. 9.

An vxor probans per aspectum se virginem, non apparenti defectu in viro contrarium asserenti, nec initio matrimonij proclamanti, sit audienda petens ante triennium dissolui matrimonium ob viri impotentiam: vel volens religionem ingredi. nu. 10.

An vxor serō clamans possit audiri transacto experientia triennio: & à quo tempore id triennium computetur. nu. 11.

Quam probationē post id triennium debet adhibere, ut dissoluantur matrimonium. nu. 12.

An tunc sit necessarium iuramentum septem propinquis vtriusq; coniugis: an solius coniugis fatentis impedimentum? nu. 13.

Conciliantur textus c. 1. & c. finali, de frigid. & explicatur qualiter liceat quocumque tempore transacto reclamare ob viri impotentiam. n. 4.

An quando mulier non reclamans initio, erat tempore matrimonij corrupta, nec appa-

ret in viro defectus, possit aliquo tempore probare impotentiam viri: & utroque cogendus sit sustinere ut matrona tempore coitus ad sint. nu. 15.

An vxor, qua tempore matrimonij virgo erat, & statim proclamans, sit audienda, viro neganti: & qualis probatio desideretur tunc, ut dissoluantur matrimonium non transacto triennio experientia. nu. 16.

An in eo euentu sit necessaria coniugum inspectio. nu. 17.

Quid, si talis mulier erat tempore matrimonij corrupta: & an sit ei fides habenda dicenti se matrimonij tempore corruptam fuisse. nu. 18.

An si vir cum septem propinquis iuret se vxorem cognouisse, vel posse coire, sit hac probatio preferenda contraria probationi feminæ. nu. 19.

An hac omnia verum habeant, quando non mulier, sed vir contra matrimonium clamat. nu. 20.

Satis sit argumentis, nu. 21.

Difficultas huius questionis potissimum sita est circa intellectū c. 1. de frigid. cuius textus quanta sit difficultas, & quā confusē explicetur, & quot dubitarint tanquā legitimus textus accipiendus sit, dixi dissp. c. 1. de frigid. n. 2. ubi eum esse legitimum probavi. Duo ergo ad hanc questionem pertinentia decidi ibi textus. Prius est in versiculo, illa autem, ubi decidit mulierem post annum, vel dimidium, allegantem viri impotentiam, & se ab illo non cognitam, audiendam non esse, viro contrarium asserenti. Posterius est in versiculo, si autem statim, quando mulier statim post mensem, aut bimestre ab initio matrimonio proclamaret: & tunc deciditur feminam audiendam, ac dissoluedum matrimonium, si impotentia illa per redum iudiciū probari possit.

Prima conclusio sit. Quādo mulier fatetur impedimentū, & vir negat, nec illa matrimonij initio proclamavit, minimè audienda est, & clamās aduersus matrimonium, sed ei

petitio

petitio rejicienda est, ac fides habēda viro fatenti se consummasse matrimonium. Constat ex c. 1. vers. illa autem, de frigid. vbi & duplex redditur ratio his verbis. Illa autem si prior post annum, aut dimidium, ad Episcopū aut eius missum proclamauerit, dicens quod non cognouisset: eam tunc contrarium affirmas, tibi credendum est: id quod caput es mulieris. Quia si proclamare voluit, cur tam diu tacuit? Cetero enim, & in paruo tempore scire potuit, si secum coire potuisset. Et ratio est, (ut tradunt ibi Abbas, numer. 5. Alexander de Neuo, numer. 7. sine Brunellus de Sponsalibus, conclus. 28. limitatione. 1. num. 16.) quod concurrant tunc dua presumptiones contra mulierem: prior, eò quod tardè proclamavit: posterior, quod vir qui eius caput est, asserat se eam cognouisse. Et intelligunt Abbas, Alexander de Neuo, & Brunellus ibidem hunc textum, quamuis mulier tempore initii matrimonij virgo esset. Et hic intellectus mihi placet. ob rationes duas: & constabit amplius ex dicendis, numer. 10. quamuis Hostien. eod. cap. 1. numer. 1. verb. tam diu, & ibi Ioan. Andr. numer. 7. Anchar. numer. 7. idem Host. summa, tit. de frigid. §. qualiter & quando nu. 10. Ioannes de Friburgo in summa cōfessorum, lib. 4. tit. 16. q. 16. intelligat hūc textum in eo, vers. illa autem, quando mulier est corrupta: nam si virgo esset, post mortem etiam annos reclamantem eam audiendam esse aiunt.

Tunc autem dicitur non initio matrimonij proclamare, sed serō, quando transacto bimestri proclamat. Quod aperte colligitur ex eodem c. 1. vers. si autem, vbi statim proclamare, ac initio matrimonij explicat textus, quando intra bimestre proclamatur: ibi. Si autem statim in ipsa nouitate post mensem, aut duos, ad Episcopum, aut eius missum proclamauerit. Et ita docet Glossa cap. si quis acceperit, verb. tempore. 33. q. 1. Innoc. d. cap. 1. num. finali Præpos. nu. 8. vers. vltimò quæro. Quamuis idem Innocen. eodem cap. 1. numer. 1. vers. tertia pars, dicat breue tempus esse, minus fere stri. Quare minus benè Lex regia. 6. tit. 8. par. 4. dicit reputari ferotinum proclamationem, quando post annum fit.

Hoc verò tempus numerandum existimo à die, qua vir cepit copulā intentare. Quia textus. d. c. 1. de frigid. ferotina proclamationis eam rationem reddit, quod citò mulier nosse posset an vir secū coire potuisset. At id nequirit experiri, nisi à tempore

copulæ intentata: ergo ut mulier sit in mora, & culpa illi tribuatur tarda proclamatio, ab intentata copulæ tēpore, mora numeranda est. Et id eò hac ratione ducti docti Authores (ut disp. seq. n. 1. videbimus) triennium præscriptum. c. laudabilem, de frigid. ad experientiam impotentiam numerari à tempore intentatæ copulæ, ita intelligentes eum textum dicentem à tempore coniugij initii computari.

At hæc conclusio textus temperada est primò, nisi vxor per certa signa ostendere viri impotentiam velit: tunc enim cuiusvis temporis lapsu minimè obstanti audiēda est. Quia cum textus innitatur malitiæ præsumptæ ex diuturna vxoris taciturnitate, præsumptio hæc per aliam fortiozem elidetur. Et ita docent Innoc. c. 1. n. vltim. de frigid. & ibi Host. sine Abbas. n. 5. Anchar. n. 11. Præpos. n. 8. vers. vltimò quæro. Alexander de Neuo. n. 7. sine, & n. 13. Brunellus de Sponsalibus, conclus. 28. limitatio. 1. n. 16. Gregor. Lopez. l. 6. verb. ni deute, tit. 8. par. 4. Imò satis est ad hoc, quamuis signa non sint omninò euidencia, & necessariò concludentia, si sint verisimiliter euidencia (que autem sint hæc, explicauimus disp. 107. num. 6. & 7.) Nam ea tantæ efficacæ sunt, ut nulla expectata mora, sed adhibito solo iuramento proponarum, coniugij, ac septimæ manus propinquorum, efficiat declarari matrimonium irritū (ut probauit hoc lib. disp. 107. n. 4.) & ita docet Alexander de Neuo. c. laudabilem. n. 17. casu. 3. fin. de frigid. existentibus his signis verisimiliter euidencia dissoluedum esse statim non expectato triennio matrimonium, quamuis mulier serō proclamavit. Et ibi etiam benè docet tunc non satis esse ne expectato triennio, adesse signa frigiditatis virgentia, ac præsumptiue probantia, nisi sint verisimiliter euidencia. Quare egregiè Abbas. d. c. 1. n. 5. & ibi Alexander de Neuo sine, & Brunellus proximè allegatus aiunt minimè audiendam esse feminā hac potentem probare se velle viri impotentiam non dum elapso triennio, si velit per aliqua alia signa probare.

Secundò tēperanda est conclusio, nisi vxor per aspectum probet se non cognitam à viro, ut quia reperitur virgo à matronis illam insipientibus: tunc enim potius creditur vxori neganti copulam, quam viro affirmanti. Constat ex cap. proposuisti, de probat. in fine, ibi. Iuramento quællæ, & testimonijs illarum septem mulierum fides est po-

tius

tids ordinata. Et ita docent ex Theologis D. Tho. 4. d. 34. in fine, in expositione literę, vers. sed si vir, & ibi D. Bonauen. in expositione literę. n. 5. Albertus Magnus ibi, art. 7. ad. 1. Durandus quęst. 2. num. 7. Ricard. art. 2. q. 1. Paludan. q. 2. art. 3. conclus. 3. n. 18. D. Antonin. 3. p. tit. i. c. 12. §. 3. ad finem. Ouanus. 4. d. 34. q. vnica, propositione. 4. Angles floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 8. art. 1. dubio. 5. Ludouicus Lopez 2. p. instructorij, vbi de matrim. c. 52. col. 2. Et ex Iuris peritis Glof. c. si quis acceperit, verb. tempore. 33. q. 1. & c. quod autę, verb. probare. 27. q. 2. & d. c. proposuisti, in fine, & c. penultimo, verb. mulieres, de probat. & c. cōtinebatur, verb. viri, de desponsat. impub. & c. 1. verb. caput, de frigid. & ibi Innoc. n. 3. verb. crededū. Alex. de Neuo ibi, nu. 12. Goffredus summa, tit. de frigid. n. 8. & Hof. in summa, eodē tit. §. qualiter & quando. n. 10. Idem Alexander de Neuo. c. finali. nu. 9. de frigid. & d. c. continebatur. n. 15. & 17. Albericus in suo dictionario, litera D. verb. diuortij, paulo post princip. A. ff. 1. 2. p. summa. lib. 8. tit. 37. art. 1. q. 2. Ioannes de Friburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 199. 16. Mo nald, summa, vbi de matrimonio, tit. qualiter & quādo fiat diuortium propter impedimētum coeundi, cōsina vltima, vers. item quando mulier. Turrec. c. si quis acceperit. n. vnico. 33. q. 1. Supplementum Pisanę, verb. diuortium. nu. 2. & ibi Rosella n. 2. Sylu. q. 18. n. 21. Antonius Cucus lib. 3. institutionum maiorum, tit. 12. nu. 26. Franciscus Marcus decisione Parlamenti Delphinalis. 677. num. 1. Fuluius Pacianus lib. 2. de probat. c. 2. n. 15. & 16.

7 Temperant hoc aliqui, quādo matronę fœminam attestates esse virginę per aspectum sunt peritissime, tūc enim potius fœminę credendum est, aliās viro. Quia virginitas est res occultissima, nec peruia visui, ac oculus matronarum sæpē fallitur, c. nec aliqua. 27. q. 1. Sic Glossa. c. si quis acceperit, verb. tempore. 33. q. 1. Alexander de Neuo. c. continebatur. n. 17. de desponsat. impub. Franciscus Marcus. n. præcedenti allegatus. Sed iure optimo hoc improbat idem Alex. de Neuo. c. 1. nu. 12. & c. finali. n. 9. de frigid. dicens satis esse, si matronę perite sint. Quod id. c. finale solum petat matronas peritas esse, ibi. *Amaronis bona opinionis, fide dignis, & expertis in opere nuptiali.* Et. c. fraternitatis, statim in princ. eodē tit. ibi. *Matronas suę parochia*

pronidas, & honestas. Vbi Glof. verb. matronas, ait talibus credendum esse, si honestę sint, & peritę in arte. Et Innoc. ibi initio, explicat prouidas, id est, peritas: vnde ait exigi, vt sint peritę in arte. Et l. 1. ff. de vtre inspiciendo, solum peritur, fœminas inspecturas esse probatę artis, & fidei. Nec reperitur textus eas peritissimas postulas: nec facillē tales reperientur.

8 Alij limitant, dummodō septē matronę fœminā inspiciant, & testentur eā esse virginę. Ducuntur per. c. proposuisti, de probat. ibi. *turamento puella, & testimonijs illarum septem mulierū est potius fides adhibēda.* Deinde, quia si vbi suspicio est contra mulierę pregnantem, desideratur quinq; obstetrices. l. 1. §. si omnes, vel plures, verb. mittantur autē mulieres, iuncta Glof. ibi, verb. quinque. ff. de ventre inspiciendo: multo fortius in nostro casu septē sunt necessarię, quia de re grauiori agitur, nēpe, de matrimonio soluendo, & maior præsumptio fraudis adest cōtra mulierem, eod quodd diu tacuerit: & res hæc est difficilissimæ cognitionis, ac multis fraudibus subiecta. Ita sentit Fuluius Pacian. de probat. lib. 2. c. 2. nu. 26. Cæterum verius est, sufficere duas, vel tres obstetrices. Et ita. d. c. proposuisti, non facit mentionē septem obstetricum, quasi tot necessarię sint: sed ad maiorem cautelam, & narrat factum. Quare non est recedendum à regula generali distanti in ore duorum, vel trium stare omnē verum. Nec obstat. d. l. 1. quia loquitur in casu, quo fœmina se ingessit dicens esse pregnantem: tunc enim redditur suspensa in hæredum præiudicium: quando enim ipsa nō se ingessit, imō negabat, sufficiunt tres. Vt notar Glof. ea. l. 1. verb. quinque. Adde id decisum esse in eo casu specialiter: at in nostro casu nulla talis decisio reperitur. Et ideō hæc pars sustinet Glof. c. nec aliqua, verb. obstetricum. 27. q. 1. Bald. d. c. proposuisti. n. 4. vers. item quia.

9 Similiter mulieri se cognitā à viro asserenti est potius credendū, quā viro neganti. Cuius rei triplicē rationem reddidit Authores. Prima est, quia stat pro matrimonio, cuius maximus est fauor. Secūda, quia non est verisimile, eā velle cū impotēte ad reddendū ei debitū habitare: eo vel maximē, quod stimulus carnis frequenter agitentur fœminę. Tertia, quia cū fœmina fit rea, absoluenda est, dum vir non probauerit contrarium. Et ita docent D. Thomas, D. Bonauent. Durand. Ricardus, Paludanus,

D. An.

D. Antoninus, Hostiensis, Goffredus numer. 9. Albericus, Astenis, Ioannes de Friburgo, Supplementum Pisanę, Rosella, Sylu. Antonius Cucus allegati num. 6. Idem Hof. cap. 1. num. 1. verb. affirmat, de frigid. & ibi Ioann. Andrę. num. 4. Anchar. num. 4. Alexander de Neuo num. 9. ad finem. Præpositus num. 7. Idem Alexander de Neuo cap. duo pueri num. 12. de desponsat. impub. Turrec. 33. quęst. 1. in summa, art. 1. num. 9. Mascardus de probat. conclusionē 312. num. 24. Quod benē temperant Hostiensis, Ioannes de Friburgo, Supplementum Pisanę, Rosella, Syluester num. 6. allegati, nisi vir conuincat eam per aspectum corporis esse virginem: tunc enim potius viro est fides habenda. Sicut autem. 6. diximus fœmina neganti copulā, viro verō affirmati, potius illi, quā huic credendum, si illa per aspectum se virginem probet.

10 Quoniam autem potius credatur mulieri per aspectum probanti se virginem, & dicenti se non cognitam à viro, quā viro affirmanti copulam, ac si non adint alia viuentiora frigiditatis viri, nec initio matrimonij reclamauit, & audiri non debet ante triennij lapsum. Quia adhuc fœminam manere virginem, & incognitam à viro, non est signum euidentis, nec verisimiliter euidentis frigiditatis viri: quę sola signa sufficere vt in hoc euentu audiri possit, probauit num. 5. Atq; ita docent Innoc. cap. 1. num. finali, de frigid. & ibi Alexander de Neuo num. 13. Præpos. num. 8. vers. vltimō quaro. Et Abbas. nu. 5. videtur clare idem sentire, ait enim non audiendam fœminam illam volentem ante triennium probare frigiditatem viri per aliqua signa: secus si post triennium velit probare per aspectum, vt quia adhuc virgo est. Sentit ergo ante triennium eam probationem recipiendam non esse. Et hoc tenendum est, quauis Hof. & alij, quos retuli num. 2. sine sentiant vxorem se virginem probantem per aspectum, posse quādoq; audiri: & cap. 1. de frigid. oppositum inueniens intelligunt loqui de vxore, quę tempore matrimonij erat corrupta. Intelligit tamen fœminam hanc volentem per aspectum tunc probare se esse virginem, audiendam minimē esse, si id probare intenter ad effectum soluendi matrimonij. Nam in hoc casu loquitur texus cap. 1. de frigid. eam audientiam denegans. At si id probare tentet, vt concedatur sibi licentia transeundi

ad religionem, audiri vtq; debet. Quia per id fati probatur matrimonium non esse consummatum cap. proposuisti, & cap. penultimo, de probat. At ante matrimonij consummationem licitus est is transitus cap. ex publico, de conuers. coniug. Sic Alexander de Neuo cap. 1. numer. 13. de frigid.

11 Tertio, venit intelligenda conclusio, vt ea mulier serō proclamans non audiat tunc, ac post triennium cohabitationis audienda vtq; erit. Quia id triennij experientię tempus concessum est indistinctē cap. laudabilem, de frigid. vt post illud liceat dissoluerē matrimonium ratione frigiditatis: & est ibi sermo in priori parte, quando alter fatetur, & alter negat. Vt docent Innoc. ibi num. 1. Abb. num. 1. Alex. de Neuo num. 1. Idem etiam constabit ex corollario num. 14. inferendo, & ex Dogoribus, quos ibi allegabo. Et ita docent Abb. eo cap. 1. num. 5. Et ibi Alexander de Neuo num. 8. & 13. Præpos. num. 7. Quoniam Innoc. eo cap. 1. num. 1. vers. secunda pars, dicat nunquam deinceps posse separari matrimonium, quando mulier non clamauit initio illius, nec ei prodesse indicia frigiditatis viri, & suę virginittatis probationem. Sed fatim eodem numer. 1. vers. tertia pars, dicit magis consonare literę vt succurratur illi mulieri serō proclamanti per triennij experientiam. Hoc autem triennium computandum est à die copulę intentatę. Iuxta dicenda disp. sequenti num. 1.

12 Hęc autem mulier serō proclamans audietur post triennalem habitationem, ac separabitur matrimonium, si per aspectum probet se virginem, accedatq; iuramentum septimę manus propinquorum. Et statim ipsis verisimile esse eam verum depone. Sic colligitur clare ex cap. laudabilem, de frigid. vbi textus in priori parte, in qua est sermo quando alter fatetur altero negante (vt num. præcedenti probauit) ait post triennij experientiam dissoluedam esse matrimonium, si fœmina probet per iustum iudicium frigiditatem viri: vbi Glof. sa. verb. iustum, ait, id est, per testes, vel per aspectum corporis. Et Glossa cap. 1. 33. quęst. 1. verb. iudicium, ait, id est, per aspectum corporis: & verb. per iustum, ait, id est, per legitimos testes. Et Innoc. eo cap. laudabilem num. vnico, ad medium verb. per iustum iudicium, & ibi Præpos. num. 6. eodem verbo, explicat, id est, per aspe-

Aaa

¶um

sum corporis, & iuramentum septima manus propinquorum. Et in propriis terminis docent Abbas. d. cap. laudabilem, in fine, & cap. 1. num. 5. eodem tit. vbi Alexander de Neuo numer. 8. Brunellus de sponsalibus, conclusioe 28. limitatione 1. num. 16.

Et quanvis disputat. præcedenti num. 11. dixerimus vtroque coniuge fatente impedimentum, exigi iuramentum septem propinquorum vtriusque coniugis, & ita quatuordecim propinquorum: at quando alter solus fatetur, soli septem propinqui illius fatentis debent iurare se credere illum dicere verum. Quia cum alter neget, propinqui illius non vocandi sunt vt in fauorem fatentis iurent. Ita docent. cap. laudabilem, statim in principio, de frigid. Innocen. Hostiensis, Ioann. Andræ. Ancharanus.

Ex dictis de ducitur concordia cap. 1. & cap. finali, de frigid. & malef. qui textus ex diametro contrarij apparent. Nam cap. 1. denegatur audientia mulieri, que non matrimonij initio reclamauit allegans viri impotentiam: at eo cap. finali auditur mulier post octo annos reclamans, & allegans impotentiam mariti. Et cap. fraternitatis, eodem tit. post multos annos auditur. Et ita ex his textibus notant communiter Doctores inregrum esse coniugi quocumque tempore transacto allegare alterius coniugis impotentiam. Quia temporis tractu matrimonium irritum non firmatur. Sic Hostien. eo cap. finali, paulo post principium verb. octo annos, & ibi Ioann. Andr. num. 1. Abb. num. 2. Anchar. num. 1. Alexander de Neuo num. 3. Præpos. num. 2. Idem Ioann. Andr. eo cap. fraternitatis num. 2. Abb. num. 2. Anchar. num. 1. Alexander de Neuo ibi, in principio num. 2. Præpos. numer. 3. Sed hi textus sic conciliantur. Nam cap. 1. negans mulierem audiendam quando non statim proclamat, intelligitur donec triennium transactum sit: vt num. 11. probauit at cap. fraternitatis, & cap. finale concedentia audiendam esse clamantem post nullos annos, intelligitur modo iam triennium transierit. Et ita Abbas eo cap. finali num. 2. & ibi Alexander de Neuo num. 3. explicantem eum rextum concedentem mulieri clamanti post octo annos audientiam, dicunt id esse certissimum, vbi vterque fatetur impedimentum, vel ad sunt probationes euidentis. At vbi alter solus fatetur, nec ad sunt probationes

huiusmodi, sic aiunt, dic vt dixi cap. 1. eodem tit. vbi vterque: (vt retuli num. 11.) ait audiendam esse foeminam sero reclamantem, si iam triennium experientia transactum sit.

Secundo deducitur, quid dicendum sit quando mulier erat corrupta tempore contractus matrimonij, nec initio ipsius proclamauit, nec per aspectum viri cognosci potest, sit vir frigidus, nec ne. Aliquibus placet cogendum virum sustinere, vt peritæ matronæ hoc inspiciant tempore coitus: certa enim signa sunt in mulieribus, quæ dicuntur cognita, & si ipsa testentur non habitam fuisse copulam, separandum esse matrimonium. Quia & si res hæc turpissima sit, sustinenda est ob rem tanti momenti, quanti est cognitio valoris, aut nullitatis matrimonij. Sic Abbas antiquus capit. laudabilem numer. 2. de frigid. & ibi Ioann. Andr. num. 5. Anchar. num. vltimo. Anton. cap. finali num. 8. eodem tit. & ibi Præpos. num. 6. Zephalus consilio 384. num. 3. 4. 40. 41. 42. volum. 3. Sotus autem 4. d. 34. quæst. vnica, art. 2. columna 4. vers. rogas autem, turpissimè adhiberi testes oculatos ait, & ita rem tunc referendam ad testes ex auditu, qui deponant se ab ipsis coniugibus audisse, nunquam eos potuisse consummare matrimonium. Et ita clarè censet nullatenus adhibendos testes oculatos. Quod omnino mihi placet, eò quod res turpissima, ac omnino honestati naturali aduersa esset, atque ad libidinem matronas illas maximè excitaret, vel ipsum virum cum illis, aut fortè præ pudore membrum virile contraheretur, nec ad coitum erigi posset: nec est textus id iubens. Quare nec id licitum esse iudico. Quod autem addit Sotus, rem ad testes ex auditu referendam, placet etiam, si tales ad sint circumstantiæ: testium, & modi quo coniuges id dixerit, & ab sit omnis alia odij suspicio, vt merito suadeat hæc probatio veritatem, & ita rem se habere. Nam in re tam difficillimè probationis, vnà cum iuramento vxoris, & septima manus propinquorum, ea probatio sufficeret. At raro ex circumstantiæ contingerent, & ij testes inuenirentur. Et idè moraliter loquendo placet quod alij Doctores tradunt, nempe, viro affirmanti se consummasse matrimonium fidem habendam esse, potius quam vxori neganti: & nullatenus posse tunc separari matrimonium à iudice ecclesiastico, de defectu legitimè probationis.

Sic docent Alexander de Neuo cap. laudabilem num. 17. casu 4. de frigid. Henricus cap. 1. num. 4. eodem tit. Montalius. l. 6. verb. frigid. 8. par. 4. & ita lex illa regia 6. ait tunc nec audiendam esse foeminam, nec et triennium concedendū. Atque Ricardus 4. d. 34. art. 2. quæst. 1. & Turcrem 33. quæst. 1. summa, art. 1. num. 9. dicunt se non videre qualiter in hoc casu possit viri impotentia probari.

Secunda conclusio. Si mulier, que tempore matrimonij virgo erat, statim proclamat allegans viri impotentiam, non post mensem, aut bimestre, audienda est, quauis vir impotentia neget: & si ea probetur per coitum iudicium, dissoluetur matrimonium. Habetur expressè cap. 1. vers. sextam statim, de frigid. ibi. Si autem statim in ipsa natiuitate, post mensem, aut duos, ad Episcopum vel eius iussum proclamauerit, dicere, Valo esse mater, volo filios percarere, & idè matrimonium accepi. Sed vir, quem accepi, frigidus natus est, & non potest illa facere propter quæ illum accepi, si probari potest per coitum iudicium, separari potest: & illa si vult, nubat. Hoc autem reatum iudicium, vt separari possit non expedito triennio statim matrimonium, quando mulier initio proclamauit viro neganti, est quando apparent signa dubia frigiditatis viri, quæ præsumptiue concludunt, & vxor reperitur virgo, acceditque iuramentum septima manus propinquorum eius. (Quod etiam in signis verisimiliter euidentibus necessarium esse probauit disput. 107. num. 4.) Probatur, quia in d. cap. 1. sit distinctio inter casum, quo mulier non statim clamat viro neganti impotentiam, & de cernitur viro credendum esse, nec audiendam mulierem: & casum quo statim proclamat, & de cernitur audiendam esse, dissoluenamque statim matrimonium, probata impotentia per reatum iudicium.

At si per hoc reatum iudicium intelligeret textus quando transactum est triennium, vel signa sunt verisimiliter euidentia, nulla esset differentia. Quia etiam quando non statim proclamat, est in hoc duplici casu audienda, ac dirimendum matrimonium. (vt num. 12. & 5. probauit.) Et ita docent expressè In hoc cap. 1. num. 1. vers. tertia pars, de frigid. & Alexander de Neuo cap. laudabilem num. 17. casu 3. ad finem, eodem tit. Et videtur tenere Abbas cap. 1. num. 5. de frigid. & ibi Alexander de Neuo num. 8. dicent enim verficulum, si autem, positum in eo textu, vbi dicitur muliere

initio matrimonij proclamante frigiditate viri, esse audiendam, ac dissoluenam matrimonium, si per reatum iudicium probare illam possit, intelligi quando mulier statim proclamat potest per aliqua signa impotentiam viri probare. Et tenet etiam ipsemet Alexander de Neuo eo cap. 1. nu. 13. subdens expeditum esse triennium, si ea frigiditatis signa non apparent.

At in hoc casu requiritur inspectio coniugum, vt iudicent medici qualia frigiditatis signa in viro sint: & matronæ an mulier non dum cognita sit. Quia cum mulier affirmet se incognitam, ac virgo esset tempore contractus matrimonij, & virum esse frigidum, viro vtrumque neganti, oportet vtrumque coniugem inspicere vt veritas constet. Sic Alexander de Neuo cap. laudabilem num. 17. casu 4. de frigid. Costanus tractatu de sponsalibus, in tit. de his, qui nuptias contrahere possunt num. 66. habetur totum 9. tractatum.

Ceterum maius dubium est, quado mulier initio matrimonij proclamans, erat tempore contractus corrupta, qualis probatio desideretur vt potius ipsi credatur, quam viro affirmanti copulam, & sic dissoluitur matrimonium, nec apparent signa euidentia, vel verisimiliter euidentia frigiditatis in viro. Quibusdam videtur posse tunc dissolui solo iuramento vxoris, & septem propinquorum eius, cum aliquibus signis impotentia viri. Quia. d. cap. 1. vers. si autem statim, & in veris illa, decidens posse statim dissolui matrimonium, quando mulier initio reclamauit, fecus quando sero, potest intelligi etiam in ea, quæ tempore matrimonij corrupta erat. Vt testatur ibi Abb. num. 5. Alexander de Neuo num. 8. Brunellus de sponsalibus, conclusioe 28. limitatione 1. num. 16. Et de corrupta videtur intellige reillum textum lex regia 6. tit. 8. par. 4. Vt notat ibi Greg. Lopez verb. corrupta. Ita videtur sentire Innocen. eo cap. 1. numer. 1. vers. tertia pars, cum loquatur disiuctiue, si mulier probet per aspectum sui corporis, vel per aliqua indicia. Et tenet Alexan. de Neuo cap. laudabilem num. 17. casu 4. in fine, de frigid. cap. finali nu. 15. eodem tit. ait satis esse iuramentum propinquorum. At non placet hæc sententia. Quod textus. d. cap. 1. dicens foemina statim reclamante posse statim dissolui matrimonium, petat impotentiam viri per reatum iudicium probari. At non videtur reatum iudicium, sed nimis diminutum in re tanti mo-

menti, solum iuramentum vxoris, & septima manus propinquorum, cum aliquibus in diebus frigidatis viri, nondum lapsio experientia triennio. Et ita sentit Host. in summa tit. de frigid. & malefic. §. qualiter, & quando num. 10. & r. & d. cap. i. num. r. verb. tamdiu, & verb. post annum & dimidium, vbi ait mulierem corruptam matrimonio tempore, non audiendam, licet intra octo dies proclamet, marito contrarium affirmante, nisi vir conuincatur impotens per aspectum: & verbum illud. d. cap. i. post annum, & dimidium, intelligit, maxime si tunc clamet, nam idem est, si corrupta reclamasset ab initio, sed quia tamdiu tacuit, maior est presumpcio contra ipsam, & ideo minus auditur. Et vers. si autem statim, qui decidit fecimam statim proclamantem audiendam esse, intelligit de virgine. Idem cum Hostiensis sentiunt Ioanni. Andr. eo cap. i. num. 7. Ioannes de Friburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 16. q. 16. Et lex regia dicitur. §. par. 4. que vt proxime dixi. intelligit textum illum. d. cap. i. de corrupta, ait fecimam hanc statim proclamantem audiendam esse, ac ipsi iniungendum triennium experientie. Et ibi Gregor. Lopez verb. dar le plaço. ait quando non ostenderit per certam probationem frigidum esse virum. Non est autem fides adhibenda fecimae asserenti se tempore matrimonij corruptam fuisse, sed id probare debet. Quia allegat turpitudinis suam cap. cum super. de concessi. preb. i. transacione. C. de transact. Preterea, quia quaelibet fecimam virgo presumitur, cum ea sit qualitas naturalis. Tandem, quia in hoc vxor fundat intentionem suam, dicens quis corrupta appareat, non esse eam à viro cognitam, sed talem ante matrimonium extitisse. Ita docent Abbas antiquus cap. laudabilem num. 2. de frigid. & ibi Ioan. Andr. num. 5. Anchar. num. vltimo.

19 Sed hæcenus dicta, nempe, potius credendum

20 dendum fecimam saltem virgini statim claman-
 ti, veniunt intelligenda, quando vir simpliciter affirmat se cognouisse fecimam: ac mulier & dicit, & iurat contrarium, cum septima propinquorum manu, existente aliqua presumpcio ariditatis, vel alterius defectus membri virilis. Nam si vir paratus sit iurare cum septima propinquorum manu, se coire posse, vel fecimam à se cognitam, presertur viri probatio. Sic Innoc. r. num. finali, de frigid. & ibi Hostium. 4. Ioan. Andr. num. r. Anton. sine. Anchar. num. r. r. Præpos. num. 3. vers. vltimo quæro. Sed hoc meo iudicio non procedet, vbi fecimam vltra eas probationes, ostenderit se per aspectum virginem. Quia vrgenter tunc erit eius probatio, cum alijs coniecturis dictis, & simili iuramento proprio, & septime manus propinquorum suorum, quam probatio viri per simile iuramentum. Quare æquitas poscit vt illi probationi potius credatur.

Tandem id monderim, hæcenus dicta in tota hac disputatione de muliere allegati impotentiam viri, & ob id potente matrimonium dissolui, accipienda quoque eodem modo esse, quando vir proclamat contra matrimonium ratione ariditatis fecimæ. Quauis enim textus cap. r. de frigid. de sola fecimam proclamanti sermone habeat: ac id omni mysterio vacat, & ita contingit, quia de fecimam proclamanti propositus est casus Pontifici. Et cum vir & vxor correlatiua sint, & militet pro eis eadem ratio in hoc euentu in vtroque, dispositum in vno; censetur in altero disponi. l. finali. C. de indicia viduit. Et ideo Præpos. cap. i. num. 7. de frigid. ait nil referre ad dissoluedum matrimonium, an procedat vir, vel fecimam, præterquam quod aliquantulò plus credatur viro.

21 Ad argumenta num. r. proposita constat ex dictis numer. 14. vbi textus illos conciliaui.

DISPV. CENTESIMADECIMA.

A quo tempore computandum sit triennium iure præscriptum ad experiedum impotentie veritatem?

SVMMARYM.

Triennium hoc non à tempore matrimony, sed saltem à tempore, quo captam est copula vacare, computandum est. num. 1.

An præcisè ab illo tempore numeretur, nec distinetur tempus à iudice post peractam à coniugibus penitentiam designari? Refertur duplex sententia. num. 2. & 3.

Quando

Quando impedimentum est naturale, vt frigiditas, vel quodcumq; aliud extra maleficiam, incipit triennium præcisè à die experientie copulæ. num. 4.

Idem descendum est in maleficij impedimento. num. 5.

An in hoc sit expectandum tempus aliquod, vltra triennium? num. 6.

Quando matrimonium ratione impotentie falsè existimatae instauratur, an computetur triennium à tempore noua copulæ? num. 7. & ibi, quid, quædo fecimam redditur apta infestatione, aut medicinis?

Quando coniugis nondum plene pabes est, an sit expectanda plena pabes, & ex tunc numerandum triennium? Refertur duplex sententia. num. 8. & 9.

Propositur sententia Authoris num. 10.

IN hac disputatione fatentur omnes triennium non numerandum à tempore contractus matrimonij: sed saltem à tempore, quo captum est coniugibus copulæ vacare. Quauis enim cap. laudabilem, de frigid. à tempore matrimonij computandum decidatur, ibi. *At tempore celebrari coniugij habitent per triennium.* at Supplendum est, & ceperunt coniugis copulam intentare. Tum quia verba cum effectum intelligenda sunt cap. relatum, de cleric. non resid. Tum etiam, quod cum id triennium destinatur ad experiedam coniugis potentiam ad copulam, iure optimo à tempore huius experientie saltem computari debet. Atq; ita docent Glossa 33. q. r. in summa verb. quod autem, in fine, & d. cap. laudabilem verb. celebrati. Et ibi Innoc. statim in principio verb. celebrati. Host. statim in principio, eo dem verb. Anton. num. 10. Alex. de Neuo num. 10. Nec aliquid contradicentem inueni.

Difficilis autem eò pertinet, an præcisè ab eò tempore computetur, an potius à termino per iudicem præscripto, peracta à coniugibus criminum penitentia. Quibusdam placet in maleficij impedimento, ab hoc tempore computari triennium: nec rationem haberi tēporis, quo antea copulæ vacarant. Quia cum hoc impedimentum sepius ex coniugum peccato proficiscatur, nil prodest tempus penitentia culpæ præcedens. Item quia cap. finali, de frigid. vbi sermo est de impedimento maleficij, iuxta ferè omnes Doctores, ponderatur ad separandum matrimonium, peractam esse à coniugibus penitentiam, atq; terminum cō-

stitutum à iudice. Et ideo huius sententia sunt Host. summa tit. de frigid. §. qualiter & quando num. 12. & cap. finali, eodem tit. num. 10. verb. plures terminos, & verb. infra prædictos, & verb. triennium, & ibi Ioan. Andr. num. 11. verb. triennium. Anton. num. 10. Anchar. num. 9. notabili 12. Henricus cap. 1. num. 1. eodem tit. Astensis 2. par. summa, lib. 8. tit. 37. art. 2. paulò post principium Ioannes de Friburgo in summa Confessorum, lib. 4. tit. 16. q. 16. Antonius Cucus lib. 5. institutorum maiorum tit. 12. num. 267. Caluacanus 2. p. decisioe 18. num. 7. in suis decisionibus.

Alij etiam in frigiditatis impedimento docent triennium numerandum à tempore, quo per iudicem signatum est, ac coniuges culpæ penitentiam egere. Ducuntur per cap. laudabilem, de frigid. ibi. *Requisisti quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis.* Subaudi, à iudice. Deinde, quia potest esse peccatum causa retardationis copulæ. Si ergo peccatum non deleatur per penitentiam, minimè proderit tempus à iudice signari. Ita docent Henricus cap. i. num. 2. de frigid. Brunellus de Sponsalibus conclusioe 28. declaratione 4. num. 10. & 14. Caluacanus num. præcedenti allegatus.

Prima tamen conclusio fit. In impedimento frigiditatis triennium computatur à die copulæ intentatæ, nec oportet id triennium assignari à iudice, nec prius penitentiam peragi. Probatur aperte ex cap. laudabilem, de frigid. vbi Pontifex respondens questioni sibi propositæ, circa tempus indulgendum ad experiedam copulam naturaliter frigidis, expressè decidit à tempore celebrari coniugij (supple. & copulæ intentatæ, vt probavi num. 1.) triennium numerandum. At si à tempore per iudicem destinato numeraretur, falsa esset decisio: nam prius quam quæstio de impotentia coram iudice agitur, vt tempus per ipsum destinatur, tempus aliquod transactum est, & sæpe longum. Idq; amplius constabit ex dicendis num. sequenti vbi & soluemus argumenta contraria: & Authores sibi citandi sunt etiam pro hac conclusione: & quos num. 1. retuli dicentes absolute computari à die intentatæ copulæ. Et idem effi dicendum, vnde eunq; hoc impedimentum impotentia confurgat. Quod clarè sentient Doctores num. sequenti allegandi, cum id sentiant in maleficij impedimento, in quo specialior est dubitandi ratio: vt constat

ex allegatis nu. 2. præterea, quia eadē mi-
litat ratio. Cū enim semper agatur de in-
dignitate veritate impotentie coniugis, ratio
eadem suadet, vt triennium numeretur à re-
pore in trinitate copula. à quo solo experien-
tia sumi potest ad eam veritatē assequēdā.

Secunda conclusio. Idem prolixus cen-
sendum est in masculini impedimento. Pro-
bat ut ex cap. finali, de frigid. ibi. *Si consti-
terit vobis præfatum virum, & uxorem coha-
bitasse intra prædictos annos per continuam
luncto principio illius textus. Mulier pro-
posuit quod per multos annos fuerant simul, &
diu cohabitauerunt. Ex his enim apparet ante
præceptum iudicis, & nondum lite mo-
ta cohabitasse hos coniuges octo annos: &
tamen decidit Pontifex dirimendum ma-
trimonium, si intra eos octo annos trien-
nio continuo habitauerint. Non ergo delinea-
tur triennium illud per iudicem assignari.
Deinde, quia non semper hoc impedi-
mentum ex peccato confurgit, vt vel sic
non procedat triennium ante peractam pe-
nitentiam. Nec est textus contrarium deci-
dens. Quia cap. finali, de frigid. narrans
penitentiam peccatorum fuisse ioinctā,
factum narrat, nec ius statuit: imò quando
decidit, solum petit toto illo octo anno-
rum tempore, ex quo initu erat matrimoniū
trienio continuo coniuges habitasse. Et ideo
hæc partem tenent Glossa 33. q. 1. in sum-
ma verb. quod autem. in fine. In hoc. cap.
finali, in fine, de frigid. & ibi Abbas anti-
quus sine, & alter Abbas num. vltimo, Car-
din. sine. Rosella verb. diuortium. num. 4.
& ibi Supplementum Pisane nu. 4. Syllu.
q. 20. num. 23. Deciso capella Tholosane
381. num. 6. Gregor. Lopez. l. 5. verb. dar
plazo. tit. 8. p. 4. Marienzo lib. 5. Recopil.
tit. 1. rubrica. glossa 1. num. 203. Henriquez
lib. 1. de matrim. cap. 7. num. 2.*

Vtrum verò in masculini impedimento
vltra triennium sit aliud tempus arbitra-
rium assignandum ad agendam penitentiam,
dixi disput. 107. num. 10.

Quando autem prius matrimonium rati-
one impotentie existimate instauratur,
eò quòd Ecclesia inueniat se deceptā, de-
bet à die restorationis, & nouæ copulæ
numerari aliud triennium. Vt probaui dis-
put. 99. num. 3. 4. & 35. Et eadem ratio ibi
singnata militat, quando iudicio medico-
rū creditur fore vt mulier arcta possit abs-
q; periculo vitæ seissuram pati, aut alijs me-
dicamentis aptari viro: ex tunc enim quādo
ea applicantur, debet triennium numerari.

Quia ex tunc sumenda est experientia an
sit vera impotentia, & vsu auferri possit,
quando iam impedimentum, quod copule
creditur obfasse, est ablatum. Sicut docet
Auctores ibidem allegati, instaurato pri-
ori matrimonio, quòd vsu viri similis sit red-
dita apta mulier, computandum esse trien-
nium à tempore huius restorationis, ac
nouæ copulæ.

Græuis dubium est, quando coniux,
non est adeptus plenam pubertatem, an
triennium à die plenæ pubertatis compu-
tandum sit? Et quidem disput. 104. nu. 18.
probauius semper expectandam esse ple-
nam pubertatem, quando non constat im-
potentia nondum plenè puberis per signa
evidentia. Sed controuersia est, an extunc
triennium experientie præscriptum cap.
laudabilem, de frigid. computandum sit.
Quibusdam placet, adueniente plena pu-
bertate, si coniux alter infest vt dissolu-
tur matrimonium ratione impotentie, id
dissoluedum esse: at q; non explicant nul-
lam aliquam expectandam sit, ac proinde nul-
lam expectandam sentire videntur. Sic lo-
quuntur Abbas cap. puberes nu. 4. de des-
pons. impub. & ibi Præpos. ad finem. Fran-
cus cap. vnico. §. idem quoq; nu. 3. eodem
tit. in 6. Rosella verb. matrimonium 2. nu.
8. Angelus verb. matrimonium 3. impedi-
mento 16. num. 6. Tabiena verb. matrimo-
nium 2. q. 6. num. 7. Syllu. verb. matrimo-
nium 5. q. 7. Antonius Cucus lib. 5. institut-
tionum maiorum tit. 12. num. 255. Franci-
cus Marcus decisione Parlamenti Delphi-
nalis 680. num. 4. par. 2.

Alij censent post plenam pubertatem
expectandum mensem, aut bimestre arbi-
trio iudicis. Sic Host. cap. laudabilem, pau-
lò post principium, de frigid. & ibi Ioann.
Andr. num. 3. idem Host. cap. puberes nu.
5. de despos. impub. & ibi Ioan. Andr. nu.
8. Anchar. num. 6. Henricus num. 8. Ale-
xand. de Neuo num. 9. Imò aliqui ex his
Doctoribus tradunt, non semper expectan-
dum triennium, quando vir non est plenè
pubes. Vt retuli disput. 108. num. 4. & re-
probaui ibi num. 5.

Ceterū mihi valde arduet opinio, quā
amplectitur Cardinalis cap. puberes num.
vnico, de despons. impub. nempe, triennium
hoc incipere à plena pubertate. Quia vsq;
ad eam ætatem præsumitur impotentiam
prouenire ex ætatis fragilitate: quæ præ-
sumptio adepta pubertate plena cessat: &
tunc incipit esse dubium an proueniat ex

alia causa, vt ex frigiditate, & subinde an
sit perpetua, & matrimoniū contra huius-
modi, an potius proueniat ex accidenti
temporali, nec matrimoniū dissoluat. Ergo
ex tunc numerari debet triennium iure
præscriptum ad experiendum an impedi-
mentum sit perpetuum. Et confirmatur,
nam si vir triginta annorū ducat uxorem,
nec sit aptus ad copulam, conceditur sibi
triennium experientie cap. laudabilem, de
frigid. Cui ergo non conceditur ei, qui
quatuordecim annorum duxit, vt post de-
cimū octauum annum, quo plenè pubes
est, habeat idem triennium. Quando quidē

quatuordecim annorum duxit, vt post de-
cimū octauum annum, quo plenè pubes
est, habeat idem triennium.

DISP. CENTESIMA VNDECIMA.

An triennium experientie debeat esse cōtinuum, aut saltem ita com-
pletum, vt si tempore aliquo interpoletur, id suppleendum sit?

SVMMA RI VM.

Id triennium debeat esse continuum? Re-
spondetur opinio num. 1. & 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Vo petit disputatio præsens. Al-
terum est de necessitate triennij
continui. Alterum verò de perfe-
ctā eius integritate. Prior ergo dif-
ficultas est. An triennium experientie im-
potentie coniugis, præscriptum cap. laudabi-
lem, de frigid. ita continuum esse debeat,
vt si tempore aliquo intermittatur, tēpore
precedenti non computato, iterum inci-
pere debeat triennij tempus. Quā in re qui-
busdam placet id triennium debere esse cō-
tinuum. Quia ita deciditur expressè cap.
finali, de frigid. ibi. *Per continuum triennium
infirma habitasse.* Secūdo, quia quantus non
ita expressis verbis loqueretur textus, sed
dubijs, ea est regula generalis, vt in dubio
tempus lege aliqua, vel canonè petiitum,
debeat necessariò esse continuum. Vt te-
nent multi, quos refert, & sequitur. Gutier-
rez. q. canonicis, lib. 1. cap. 1. cap. 12. num.
24. Quia ratione ferè omnium verissima
sententia habet, annum nouitiatu sita debe-
re esse continuum, vt tempore aliquo in-
termisso incipere necessariò debeat, priori
non computato. Tertio, quia eadem ratio
ne tempus ad præscribendum iure petiitum,

vt si tempore aliquo interpoletur, id suppleendum sit?
si semel intermittatur, incipere de nouo de-
bet. Vt cum alijs tradit Couarr. regula pos-
sessor, de regul. iuris, in 6. in 2. p. 6. 12. n. 7.
Et ideo huius sententia sunt Cardin. cap.
finali, in fine, de frigid. & licet non ita cla-
rè Archid. 33. q. 1. in summa num. 3. & ibi
Bellemera nu. 2.
Ceterum alibi; dubio dicendū est, non
desiderari tempus id esse continuum. Quòd
verba in decretis ciuili modo, & possibilia,
ac iuxta indigentiam subiectæ materiæ capi-
enda sunt. Ibi cui simpliciter 9. ff. de seruitu-
tibus. Et ideo aqua quodiā appellatur,
quæ ducit ad idæ solet, etiam si aliquando
ducta non sit. 1. pauld post principiu vtrū,
duo autem. ff. de aquis quotidiana. Et me-
lliis cap. finali, de verb. signif. in 6. decidi-
tur dici aliquem commensalem, & dome-
sticum continuè alicuius, licet aliquando
pro illius negotijs gerendis abijt vbi Glos-
sauerb. pro tuis, ait id esse, si pro proprijs;
non enim id verbum, continue, ita rigidè
accipiendum est, sed ciuili modo, vt subie-
cta materia postulat, & in hac re solet con-
tingere. Vt docet ibi Glossa verb. continue
ab omnibus recepta: quam alijs allegatis
exornat ibi Francus num. 5. & 9. At conti-
nuè triennio habitare coniuges vacando
copulæ, est moraliter impossibile. Tū, quia
sæpe morbus intermittit tēpus illud. Tum
etiam, quia impediretur peregrinationes,
& alia negotia, quibus virum vacare, socie-
tas ac gubernatio domestica cogit. Non er-
go exigitur id tempus mathematicè conti-
nuum: sed satis est, ciuili modo, nempe vt

toto triennio vacarint copula coniuges debitis horis, & locis. Præterea ad nu. 4. amplius explicabitur, quid importet ea particula, continuum. Deinde, quia cap. nunquam, de cōf. dicit, 5. afferitur pfallerium nunquā debere à manu clerici decidere. Et tamen id morali modo, ac possibili accipitur: ut docet ibi Glossa. verb. nunquam, explicās, id est, horis constitutis. Et ita docent hæc partem hōiū. Summa. tit. de frigid. 4. qualiter, & quando. nu. 12. vers. sed quomodo intelligimus: & cap. fin. num. 12. verb. continentium, eod. tit. & ibi Ioann. Andr. nu. 9. Abbas in fine. Anchar. nu. 9. notabili 179. Præpos. nu. 4. Alexand. de Neuo. num. 18. Albericus in suo dictionario, lit. D. verb. diuortium, paulo post principium. A stētis 2. p. summa, lib. 3. tit. 7. art. 1. q. 3. Ioannes de Friburgo summa confess. lib. 4. tit. 16. q. 17. Brunellus de sponfal. concl. 28. declarat. 4. nu. 15. Rosella. verb. diuortium. nu. 4. & ibi Supplementum. Pisanæ. nu. 5. Syluest. q. 20. num. 23. Greg. Lopez. l. 5. verb. facta esse placō. tit. 8. p. 4. Mascard. de probatio. concl. 889. nu. 9. & ex Theologis. Henric. lib. 12. de matrim. c. 7. nu. 2. Imò existimo, quāvis non ita explicent hi Doctores nullam triennij illius, nec moralem desiderari continuitatem. Quia finis illius triennij assignati est, ut coniuges experiantur num cursu temporis ea impotētia possit auferri, & vxor cognosci, ac proinde nō sit perpetua, ac matrimonium dirimēs. Ad id autem experiendū satis est, quāvis nulla sit in eo triennio continuitas: modō id compleatur: imō quō magis continuū vacatur copulæ, eō debilius redditur vir. Atq; ita Doctores aliqui (vt videbimus nu. 6.) dicūt posse suppleri tempus quinque, vel sex mensium, quod eo triennio interpolatum est.

Ex his constat responsio ad argumenta nu. 1. proposita. Nam ea omnia in 2. & 3. argumento adducta vera sunt, vbi subiecta materia non postulat id tempus non intelligi cōtinuum: vt nu. precedenti probauit: vbi & explicui. c. finale, adductum in 1. argumento: & magis id explicabo. nu. 5.

Posterior difficultas est. An saltem ita completum exigatur triennium illud, vt tempus interpolatum supplendum sit? Quia in re non ita clarè loquuntur Doctores. Quidam enim videntur sentire satis esse vacare copulæ, ac habitare maiori parte cuiuslibet anni ex illo triennio. Sic videntur tenere Hostiensis in summa, Albericus, A stētis, Ioann. de Friburgo, Supplementum. Pisanæ,

Syluester num. 2. allegati, dicunt enim expressè satis esse maiori anni parte habitare: sed addunt videri tempus supplendū, si morbo, vel alio casu habitatio impediat. Nec explicant, an habitatio ea supplenda, sit ex ea maiori parte anni, an ex reliquo tempore: ac credo eos loqui de habitatioe illa maioris partis anni, quam necessariā dixerant, vt si ea non compleatur, supplenda sit, donec excedat semestre, & sic verificetur maiori anni parte coniuges habitasse. Quod apertius docent Hostien. A stētis, & Ioann. de Friburgo, dum dicentes sufficere habitationem maioris partis anni, subdunt, maximè si sit toto cōtinuo vere, quo tempore solent propensius ad luxuriā homines incitari. At si reliqua pars anni supplendū esset, nullatenus erat necessariū ponderare, vt habitatio fuerit toto vere. Et in proprijs terminis tenet Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 7. num. 2. & c. 8. nu. 2. in commento, litera T. dicens satis esse, vt maiori cuiuslibet anni parte illius triennij coniuges cohabitent, vt per semestre, & vnum diem. Idq; probat, nam breui tempore interpolans cohabitare, ac residere dicitur. Vt expressè habetur. l. i. quis ita legaverit. ff. de condit. & demōstr. & cap. finali, de verb. signifi. in 6. at tempus minus semestri breue dicitur respectu cuiuslibet anni. Quare iuxta vniuersitatū constitutiones scholasticæ dicuntur toto anno studijs vacare, si semestri, & vno die vacent.

Alij vero censent id tempus, quod coniux infirmitate, aut alijs negotijs detentus nō cohabitauit copulæ vacans, supplendum esse alio tempore cohabitationis, vt vel sic triennium compleatur. Probatur ex cap. finali, de frigid. vbi ponderatur toto spatio octo annorum, quod à contractu matrimonij transferat, coniuges cohabitasse triennio continuo, ibi: *intra prædictos octo annos continuum triennium in simul habitasse.* Vbi illa particula, continuum, cum non importet continuitatem triennij: ea enim non est necessaria (vt probauit num. 2.) necessariō dicendum est per illam importari perfectam triennij integritatem: quasi sensus sit, si intra prædictos annos habitauerit integro triennio. Aliās superflua esset ea particula. Cū tamen in decretis Pontificijs, nec vna syllaba superflua existimanda sit. (vt probauit lib. 3. disput. 2. c. num. 6. Secundo id probatur ex textu in l. 1. paulo post principium, vers. hoc interdico. ff. de itinere, aduq; priuato, vbi deciditur, seruitutem vix pos-

sideri,

sideri, si triginta diebus intra vnus anni spatium, illius vix vnus habitus sit: & licet non continuentur illi triginta dies, si tamen completi sint illius anni spatio. Similiter ergo dum textus dicit, cap. finali petitriennij cohabitationem intra eos annos octo habitam, licet ea non desideretur tempore triennij continuo habitata: necessarium tamen est, vt tempus interpolatum alio subsequenti suppletur, donec triennium perfectū compleatur sit. Tertio, quia cū id triennium destinetur ad experiendum, an impotētia sit naturalis, ac perpetua: an potius temporalis, quæ frequenti vsu auferri possit, non videtur satis factum iuri, habitatio semestri cuiuslibet anni illo triennio; & amplius vno die. Quia ea habitatio non est verè triennialis: nec in ea fimitur triennij experientia, quōsius intendit. Nec modica pars anni dicitur, cui vnica dies desinit, vt sit dimidia. Et ideo hanc partem tenent Ioannes Andr. cap. finali. num. 9. de frigid. Archid. 33. quæst. 1. in summa. num. 3. & ibi Bellemera num. 21. Brunellus de sponfalibus, concl. 28. declaratione 4. num. 16. sine. Mascardus de probationibus, conclusioes 889. num. 8. Et id supponunt Abbas cap. finali, in fine, de frigid. & ibi Alexander de Neuo. num. 18. Præpos. num. 4. Rosella. verb. diuortium. num. 4. dicentes enim non exigi, vt triennium sit cōtinuum, subdunt tempus interpolatum illo triennio posse alio habitatiois tempore suppleri. Quod clarè, & optime explicuit ibi Abbas, dicens triennium continū in eo, cap. finali petitum, sic accipi, vt computatis temporibus cohabitationis resulterit triennium.

Et re hac attentè considerata, existimo non sufficere maioris partis anni cohabitationem (vt volunt auctores relati nu. 4.) sed necessarium esse triennium compleri,

atque ita suppleri tempus interpolatū: (vt volunt auctores num. precedenti allegati) Quod tamen non metaphysicè intelligendum venit, quasi quoddam; breue tempus interpolatum supplendum sit, sed quando arbitrio prudentis est notabile, ita vt moraliter loquendo non censetur plena triennij experientia. Quare sufficit cohabitare triennio sumpto morali modo, vt communiter solent cohabitare coniuges. Quod si significant Ioann. Andr. & Abbas, Alexander de Neuo, Præpos. num. precedenti relati, dum priores duo agentes de tempore suppendo, exemplificant quando vir triennio illo, sex mensibus absuit: duo autē posteriores exemplificant, quando eo triennio quinque mensibus absens fuit. Quia res hæc moraliter, & vt communiter solent accidere, accipiendæ sunt: & durissimum, ac valde inhumanum esset, ac probatè difficultè, ita metaphysicè accipere, vt vel vnica dies interpolata, sit supplenda. Quare æquitas poscit, vt ea triennalis cohabitatio morali modo intelligatur. Et minor absentia sit est, quando est simul: vt si simul sex mensibus absuerit: supplendi sunt: secus esset, si interpolat, vno, vel altero die absuerit: etiam si eo triennio dies illi simul computati eorumdem mensium summam conficerent. Non enim credo illos dies supplendos esse. Quia in hoc posteriori casu praxis interpretatur non esse notabilem absentiam, ne morali modo loquendo dicatur triennium completum: & hoc pacto solent coniuges habitare: nec ratio habetur harum absentiarum sic minutim factarum. Quod alter contingit, quando simul per vnus absentia tempus sit. Vt in similiis agentes de donationibus à parentibus factis, computandis in quinta bonorum parte de qua disponere possunt, diximus lib. 6. disput. 36. num. 10. & 11.

DISP. CENTESIMA DVODECIMA.

An si ante, vel post triennij lapsum, coniux propria autoritate recedat ob alterius coniugis impotentiam, sit statim coniux spoliatus restituendus, non obstante matrimonio minimè consummatum esse?

S V M M A R I V M.

Propositur duplex casus, in quo hæc questio disputari potest. num. 1.

An nōdū consummato matrimonio sit spoliatus: ac locus restitutioni statim faciendæ? Proponitur duplex textus, q. repugnare scōi videtur. n. 2.

Respi-